



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Epistola Chromatii Et Heliodori Episcoporum, ad beatum Hieronymum de opere Martyrologij colligendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42790

EPISTOLA CHROMATII
ET HELIODORI EPISCOPORVM,
ad beatum Hieronymum de opere Mar-
tyrologij colligendo.

DOMINO sancto patri Hieronymo Chromatius & Heliodorus episcopi in Domino salutem. Cum religiosissimus Augustus Theodosius Mediolani urbem esset ingressus: uniuersosque Italia Episcopos ad se inuississet: & ob causam aliquantulorum episcoporum, qui ex Arianae fœce suas animas inquinassent, inquireret: contigit & nostram paruitatem in eodem adesse concilio: in quo cum dicenda dicta essent, & diffinienda diffinita, cœpit Christianissimus princeps sanctum Gregorium Cordubensis Ecclesie in eo preferre antistitem, quod omni die siue non ieiunans matutinas, siue ieiunans uespertinas explicans missas, eorumque martyrum quorum natalitia essent, plurimorum nomina memoraret. Factumque est, ut omnes pariter statueremus ad tuam scribere charitatem, ut famosissimos feriales de archiuis sancti Eusebii Cesareae Palestinae episcopi inquireret, Martyrum ad nos dirigas festa: ut possimus hoc officium per tuam sanctam industriam melius perfectiusque ad honorem Dei, Martyribus exhibere.

BEATI